



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri  
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

**Sadoleto, Jacopo**

**[Francofurti], 1607**

Iacobi Sadoleti Romani Cardinalis Epistola Ad Senatvm Popvlvmqve  
Geneuensem: Qua in obedientiam Romani Pontificis eos reducere conatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)



IACOBI SADOLET  
ROMANI CARDINALIS  
EPISTOLA AD SENATVM PO-  
PVLVMQVE GENE-  
uensem:

Qua in obedientiam Romani Pontificis eos red-  
dere conatur.

IACOB. SADOLETVS EPISCOPVS  
Carpentoracti, S. R. E. Tituli Sancti Calixti Presbiteri  
Cardinalis, suis desideratis fratribus Magistris  
tui, Concilio, & Civibus Geben-  
sensibus.

**H**ARISSIMI in Christo fratres, pax vobis deo  
biscum, hoc est cum Catholica Ecclesia matre con-  
um nostrum atque vestrum, amor atque concordia  
Deo patre omnipotente, & vnico eius filio D. N. Iesu  
Christo, Sanctoque simul Spiritu, quae est veritas in tribus perso-  
cta, cui laus est & imperium in omne saeculorum aenum, Amen.  
Arbitror, fratres charissimi, aliquibus vestrum esse notum, me  
nunc degere Carpentoracti: quod veni ab Nicea, summum illud  
Pontificem, ad pacificandos Reges ex vrbe Roma proficiscens,  
prius profectus. Amo enim Ecclesiam & ciuitatem hanc, quam  
mihi spiritualem & sponsam & patriam Deus esse voluit: popu-  
losque hosce meos verè paterna charitate complector: diuini-  
que me ab illis valde ægrefero. Quòd si honos iste Cardinalatus,  
qui mihi inopinanti & inscio delatus est, Romam me cogent retin-  
re (vt certè cogere) quò in ea vocatione in qua sum vocatus ab-  
dem Deo feruam: non is tamen meum animum atque amorem  
ab his populis auocabit, quos habiturus sum in medijs coram



penetratissimos semper infixos. Igitur Carpentoracii cum el-  
 ler, quodamque multa quotidie de vobis, quae partim quidem  
 vobis dicitur, partim etiam spem nonnullam excitarent: ve non  
 diffidendum, nos & vos, qui fuimus quondam in recta erga Deum  
 religione manentes, eodem Deo benignius nos respiciente, ad e-  
 quidam confensum cordium esse redituros. Visum est Spiritui  
 Sancto & mihi (sic enim scriptura loquitur) & ceterè quaecumque  
 pro erga Deum geruntur animo ex Spiritu Sancto or-  
 dinari. Volui est mihi, inquam, scribere aliquid ad vos, & eam  
 rationem curam ac sollicitudinem, quam pro vobis capio, literis vo-  
 bis declarare. Non enim, charissimi, noua est haec mea erga vos  
 sollicitudo de benevolentia & voluntas. Sed cum ab eo tempore quo  
 ego huius voluntate Episcopus Carpentoracensium factus sum,  
 quasi ad haec tribus ferè & viginti, propter commercium, quod  
 vobis cum meis his populis frequens est, multa de vobis absens  
 de de vobis vestris cognouissim: amare iam tum cepi nobili-  
 tatem vobis vestrae, ordinem formamque reip. dignitatem ciuium,  
 & illam impunitis vestram laudaram ac probatam apud omnes,  
 erga ceteros homines & aduenas, humanitatè. Et quoniam vici-  
 tiam vobis non exiguum saepe partè ad diligendum affert, sicut  
 in rebus quae domus: sic in orbe finitima prouincia amo-  
 rissimas vobis conciliatrices sunt. Non contigit ante hoc tem-  
 pus, scilicet, ve vos huius mei erga vos animi aut fructum percipe-  
 retis, quae adeo signum indiciumque haberetis: non enim opera  
 vobis egulibus mea, quae vobis profecto paratissima fuisset: ve-  
 rum nulla sine adhuc nobis obtulit occasio. At nunc quidem cer-  
 te ratio conuenit solū mihi, verumetiam necesse est, vt quo in vos  
 animo sum affectus, vobis demonstrare adnitar: si fidem meam  
 erga Deum, & Christianam illam in proximum chari-  
 tatem vobis mihi cupio. Etenim postquam fuit ad aures me-  
 os de vobis, homines quosdam astutos, inimicos Christianae vni-  
 tatis & vobis, ad quod in aliis antea nonnullis fortissima gentis  
 Helvetiorum oppidis & pagis iam fecissent, item in vobis & ci-  
 uitate vestra male discordiae semina iecisse: Christi que fidelem  
 populum & vna parum maiorumque suorum, & à perpetua Catholi-  
 ca Ecclesia auertisse sententia, omniaque dissidiis & seditionibus  
 impulisse. Quae tamen mos proprius eorum semper est, qui aucto-  
 ritate Ecclesiae oppugnanda, nouas sibi potentias & nouos hono-  
 res quaerunt. Testor Deū omnipotentem, cum ipsum qui nunc  
 animi mei cogitationibus praesens adest, me & indoluissè gra-  
 uiter & duplici quadam misericordia affectum fuisse: cum ex v-  
 na parte videret mihi audire gemitum plorantis matris nostrae  
 Ecclesiae lamentantis, quae tot & tam dilectis filiis vno tempo-  
 re & vna voce ex altera, vestris, o charissimi, incommodis & pe-





viculis commoueret. Sciebam enim ego, tales viros non  
 veterum & bene constitutarum rerum, tales turbas, talia dila-  
 non solum animabus hominum pestifera (quod tamen non  
 omnium maximum malorum est) sed rebus etiam & primis  
 publicis perniciose existere. Id quod vos quoque ipso eorum  
 rum edocti, cognoscere potuistis. Quid ergo est cum meo  
 vos amor, & mea in Deum pietas me cogat, ut tanquam frater  
 fratribus, & amicus amicis, intimum omnem animum meo  
 vobis liberè exponam: vos plurimum rogatos volo, ut bene  
 illam vestram, qua semper vti consueuistis, mihi quoque, me  
 sentia, meis non ingratis accipiendis & legendis literis pre-  
 Spero enim, si quis modo mentibus hæc que scribo attendere  
 lueritis, vos, si non consilium meum, at animum certe reddere  
 plicem, & vestre imprimis salutis cupientem, non minus  
 baturus: neque me quæ mea sunt, sed quæ vestra commoda  
 bona, querere intelleturos. Neque ego tamen spinosæ & frigidæ  
 ordiar disputationes: quam philosophiam beatus Paulus vobis  
 & fideles Christi semper monet, ne se per eam patiantur decipi  
 per quam isti quidem vos circumdixerunt, cum inter impia  
 obscuram quandam iactarent scripturæ interpretationem, sin-  
 demque & maliciam, preclaro illo quidem, sed falso atque  
 doctrinæ & sapientiæ nomine honestarent. Ego ea proponam  
 quæ clara sunt atque illustra, quæ nullam in se erroris laceram  
 nullum fraudis & fallaciæ habeant diuericulum, cuiusmodi  
 men semper est veritas. Ea enim & in tenebris luceat, & nocte  
 perspicua est, & a doctis iuxta atque indoctis facillime percipi  
 præcipueque in Christiano genere doctrinæ, non syllogismis  
 verborum captionibus: sed humilitate, sed religione, sed erga  
 obedientia est subnixæ. Viuidus est enim sermo Dei & certum  
 concidentior omni acuto utriusque gladio, penetratque ad iudicium  
 spiritus atque anima, & ad intima compagnum ac inuolutum  
 neque animos illaqueat impeditis argumentationibus sed  
 quodam interueniente cordis affectu, planum seles & patenti-  
 mentibus nostris offert: ut non tam humana iuris ad intellige-  
 dum ratio, quam ipse ad se qui nos vocat, operetur in nobis Deus.  
 Quem ego Deum patrem omnis rectæ intelligentiæ suppliciter  
 cor, ut & mihi ad dicendum & vobis ad percipiendum, caritas  
 menta suæ benignitatis præbeat, per qua possimus iterum in  
 corde erga ipsum & in vna mente consentire. Atque ut inde  
 capiamus, unde maxime opportunum esse ducimus: Ego, fratres  
 charissimi, sic existimo, me & vos, & reliquos præterea omnes,  
 qui in Christo spem & fidem suam posuerunt: id ea vna de causa  
 ita facere & fecisse, quod salutem sibi atque animabus suis, nec  
 hanc mortalem & citò interitum, sed illam sempiternam & im-  
 1107



mentem quærent, quæ in cælo solum verè obtrineri, in terris  
 nempe nullo modo potest. Est quidem ita dispartitum hoc officium  
 nostrum, ut iacto primum fidei fundamento, hic deinde labore-  
 mus, quod illic quiescamus: in terra semen iaciamus, quod in cæ-  
 lo poterit possimus demerere: & quibus, hic in operibus, quibusue  
 in cælo adimpleos exercuimus, similes deinde atq; dignos  
 operum & laborum nostrorum fructus in altera vita adipiscamur.  
 Cuius, ut Christi ardua, & ratio degenda nobis secundum eius  
 legem præcepta vitæ perdifficilis sit: propterea quoddam animos  
 multos ad omni terrenarum iucunditatum contagione auocare,  
 & in eo ipso vno ligere: despiciere præsentia bona quæ in mani-  
 bus habemus, & futura quæ non cernimus, appetere iubemur:  
 cuius est cæco vaicuique nostrum sua & suæ animæ salus, ut ni-  
 hil in cæco speramus, nihil laboriosum non pati, animum in duc-  
 tum modo tandem aliquando vna nobis spe salutis nostræ propo-  
 nitur per varias multas, & per sollicitudines, (præeunte semper  
 altissimi nostris Dei clementia & misericordia) stabilem salu-  
 tem illam & perpetuam consequamur. Hac spe Christus annun-  
 ciatur vobis, quondam ab obbe terrarum tanto consensu & stu-  
 dio omnium acceptus fuit: hac ratione a nobis adoratur & colli-  
 tur, ut verè agnoscat Deus esse, & Dei veri filius: quoddam vni ipse  
 ab omnium scælorum animos hominum Deo omnipo-  
 tenti in non solo vita est, mortuos ac huius quidem mundi fallaci-  
 am & dolosam blandiens paulum temporis viuentes, mox pro-  
 stratis & omni sui parte ad interitum condemnatos, à mortuis,  
 hoc est, ab hoc maxime pernitioso mortis genere excitauit: pri-  
 mo quoque ipse tenet, salutem & liberationem & doctrinam no-  
 stram ostendens, morte carnis accepta, & paulò post vita non  
 tam amplius mortali recuperata: suo exemplo nos instruit &  
 docet: ut contraria longe ac prius consueueramus via, mundo  
 huius & carnis, hoc est peccato mortui, Deo deinde viueremus:  
 speque in eo nostras bene ac beatè perpetuè viuendi poneremus:  
 quæ est propria, & verè digna Dei omnipotentis gloria & maie-  
 stas, nostrorum omnium à mortuis suscitatio: qua non vnus aut  
 alter homo, sed cunctum hominum genus a terra & fume terra ani-  
 me morte, ad veram & cælestem eiusdem animæ vitam reuocati  
 est. Hac inualmodi à mortuis suscitatione sibi proponens Pau-  
 lus, in eadem quæ in ea intuens diuinitatis Christi argumentum atq;  
 indicium: Separatus ego in Euangelium Dei (inquit) quod pro-  
 mulcatur per Prophetas in scripturis sanctis de Filio suo, genito  
 quidem ex femine David, secundum carnem, determinato autè  
 & declarato filio Dei in potentia per Spiritum sanctitatis: hoc  
 est in potentia spiritali, quæ propria Dei potentia est: quoddam  
 tempore Deus, sed spiritu mirabilia sua agit. Imperare enim vobis,





& cecis verbo lumen reddere, & mortuos excitare: non corpus sed spiritali, quæ eadem & diuina est, fiebat potestate. Dicitur barur igitur Christus Dei filius ex hac spiritali potentia, & sola diuina est. Et quod subiungit Paulus, exsuscitatione a mortuis: non tam ea quidem qua corpus Lazari, aut filium viduæ principis Synagogæ filiam (quanquam ista quoque opera Deo rant) ve. ùm ea etiam suscitacione magis, qua Mariam Magdalenam a demonis septem, Matthæum a telonio, multos a terrena & abunda vita, omne denique genus humanum à peccato & peccati morte, & à potestate huius mundi tenebrarum, ad certam appetendam atq; sperandam & cognationem & lucem exitum demersosque in luto terræ hominum animos, erexit ad cælestem atque extrulit. Atq; hoc maximum Iesu Christi erga nos beneficium præcipuumque in eo ipso diuinitatis argumentum, ideo etiam futurum a Deo in missione filii sui, & ab ipso filio susceptum, a suo nobis tempore per eum datum tributumque est: vt omnibus diuinis & humanis in vno Christo consiliis, auxiliis, varietatibusque adiuti, nos animas Deo nostras saluas sistere possimus. Tanta est nobilitas, tam insigne precium, tam grandis æstimatio huiusce rei, quæ anima hominis est: vt quò nec ea periret, sed & Deo ipsi & nobis lucrifere, conturbatis penitus rursus natura legibus, atque ordine rerum perturbato, & Deo descenderet in terras, vt fieret homo, & homo erigeretur in caelum, vt esset Deus. Credimus ergo in Christum (vt dicebant) omnes, quò salutem animabus nostris, id est, nobismetipsis vniueniamus. Quo nullum optatum vehementius, nullum bonum interius, nec magis communitum ac familiare nobis adesse possit. Quantum enim sese diligit vnusquisque, tantum ipsi salus est sua: quæ si negligatur, & abiiciatur, quod tandem erit præcipuum quod possit par acquiri? Quam enim dignam accipiet bonæ compensationem pro anima sua, inquit Dominus, aut quis perderit homini, vel si vniuersum mundum lucretur, an impa ament suæ salutem patiatur? Hæc igitur tam ampla, tam chara, tam preciosa possessio, quæ nostræ animæ salus vnicuique nostrorum est: omni vi & conatu nobis retinenda est. Siquidem cæcæ bonæ omnia quæ appetimus, externa atque aliena nobis sunt: bonum bonum bonum conferuat animæ nostræ, non solum nostram sed verè nosmetipsi istud ipsum bonum sumus. Quod qui negligunt atque amiserit, is ne bonum quidem aliud habere vllum poterit, quo fruatur: quippe cum ipse ille qui debuisset frui, iam de primùm perdidit. Asequimur porrò bonum hoc nostræ perpetuæ vniuersæque salutis, fide in Deum sola & in Iesum Christum. Cui dico fide sola, non ita intelligo, quemadmodum isti nouarum rerum repertoires intelligunt: vt seclula charitate, & cæcæ Christi-



hinc mentis officii, solum in Deo credulitatem & fiduciam il-  
 lam, qua perfusus sum in Christi cruce & sanguine mea mihi  
 salutem omnino esse ignota. Est hoc quidem etiam nobis necessa-  
 rium, ut nos que hic nobis pater ad Deum introitus: sed is tamē  
 non est finis. Mentem enim præterea afferamus oportet, pietatis  
 plenam erga summum Deum, cupidamque efficiendi quacun-  
 que illi gratia sint: in quo præcipue Spiritus sancti vis inest. Quæ  
 mens etiam si interdum ad exteriora opera nõ progreditur: ipsa  
 tamen ea se ad bene operandum iam intrus parata est, prom-  
 ptaque per studium, ut Deo in cunctis rebus obsequatur: qui  
 vero domine iustitie in nobis est habitus. Etenim, quid aliud si-  
 gificat, aut quam aliam nobis offert intelligentiam & notio-  
 nem mentem hoc ipsum iustitie; si non respectus in ea ad bona  
 operum habetur? Dicit enim scriptura, Quod misit Deus filium  
 suum ut doceret sibi populum acceptabilem, scilicet bonorum  
 operum. Et alio loco, Et edificemur (inquit) in Christo ad bona  
 opera. Et ego missus est Christus, ut bene operantes, per eum ac-  
 cedamus, atque ut in eo edificemur ad bona opera, certè  
 boni que in Deum nostra per Iesum Christum est, non solum ut  
 contemnamus in Christo, sed bene in illo operantes, operatiue in-  
 stituantur, ut confidamus, imperat nobis ac præferbit. Est enim  
 operum & plenum vocabulum fides, nec solum in se credulita-  
 tem de hoc continet, sed spem etiam & studium obediendi  
 Deo, scilicet, que in Christo maximè perspicua nobis facta est,  
 præcepta & dominam Christianarum omnium virtutum chari-  
 tatem: quia in charitate proprie & peculiariter Spiritus sanctus  
 iacet, id potius ipse est charitas. Siquidem Deus charitas est.  
 Quoties enim sicut sine Spiritu sancto nihil nostrum, neque gra-  
 tiam neque acceptum Deo est: ita neque esse sine charitate po-  
 test. Cum ergo dicimus fide sola in Deum & Iesum Christum fal-  
 sat non esse posse, in hac ipsa fide charitatem vel in primis com-  
 prehendemus esse ducimus, que princeps & potissima nostre  
 salutis est causa. Sed ut abeamus a disputatione, & reuertamur eò  
 prædicamus digressi: Ostendimus vobis, fratres charissimi, vel  
 ostendere potius conati sumus (non enim æquat magnitudinem  
 prædicatio nostra) quanti momenti sit, quantum opere ad nos perti-  
 neat, nostre nobis animæ eiusque salutis procuratio, qua nostra  
 in anima nosmetipsi toti sumus: bonumque hoc proprie & uni-  
 cum nostrum est, cetera bona, aliena nobis omnia atque disun-  
 ctæ, quibus ac ipsis quidem frui vllis possumus, si ex hoc principe  
 de re nostro excidamus. Pro quo sibi tuendo & conservando  
 vitam bono, tot quondam Christi gloriosissimi martyres, mor-  
 tuam hanc vitam prompto animo posuerunt: tot sanctissimi  
 doctores nocturnis diurnisque sudoribus ac vigilijs, quo eos in  
 H h 3 viam





viam rectam inducerent & constituerent, sibi elaborandum statuerunt: tota olim tam multas & tam graues ac impijs vitijs & praesidijs gentium iniurias & calamitates perculit Ecclesia. Quae ideo omnia & a praepotente Deo permilla, & a fortissimis illis viris, Christi verè cultoribus suscepta, tolerata, decernuntur sunt: vt per omne experimentorum & probationum genus, primum veluti malleis excusa, multo igni purgata, tantis sanctorum arumnis atque laboribus confata, consolidata, expressa, denique summam apud Deum gratiam fidelitatis suae Ecclesia obtineret, summam apud homines auctoritatem. Haec nos Deo Ecclesia Christo regenerauit, haec nos aluit, confirmauit, instruit, nos sentire, quid credere, in quo spem ponere, qua via in celum tendere nos oporteat, ipsa eadem edocuit. Nos in hac communis Ecclesiae fide incedimus, nos illius leges & praecipua retinemus & si quando fragilitate & incontinentia victi ad peccandum prolabimur (quod vniquam saltem raro ac non nimium saepe in nobis accideret) in eadem tamen fide Ecclesiae exurgimus, quibus illa expiationibus & poenitentis & satisfactionibus peccata nostrum ablui, & ad integritatem pristina, clemente erga nos semper & misericorde Deo, nos restitui docet: eas expiancti & satisfaciendi rationes suscipimus & adhibemus. Idque ita cum facimus, confidimus nos venire & misericordiae locum apud Deum inuenire. Non enim praeter sententiam & auctoritatem Ecclesiae arrogamus nobis quicquam, nõ plus nos sapere, quam oportet sapere nobis ipsis persuademus: non superbiam afferimus, contemnendum Ecclesiae decreta, non animi elationem, neque ingenium inter populos nostrum, aut nouam quandam sapientiam ostentamus: sed (de probis & rectis Christianis loquens) in humilitate ingredimur atque in obedientia: & ea quae per sanctorum nostrorum sanctissimorum hominum, sapientissimorumque auctoritates tradita nobis & constituta sunt, tanquam per Spiritum verè Sanctum dictata atque praecipua, omni cum fide suscipimus. Etenim nouimus & scimus quantum habeat visus, quantum sit momenti, quanti ponderis apud Deum humilitas, quae vna verus in primis Christiana est, eamque semper maximè Christus Dominus noster & monitis, & praecipuis, & factis atque operibus suis praesertulit, paruulisque solis, id est humilibus propositum esse esse regnum caelorum. Non enim refert, corpore ne parui aut magis sumus: sed illud plurimum refert, vtrum animo simus humilis, an ne superbo: superbia quae angelos deiecit de caelo, hominibus eadem iter in caelum impedit. Vnde caeleste animal Angelus, propter superbiam expulsum est, sed terrenum animal homo, propter humilitatem extollitur: vt appareat planè, constitutum esse nobis in humilitate potissimum, & adiumentum perpetuum



felicitate nostrae, & huius beatæ ac iucundæ spei, qua ad cœlum ten-  
 demus, firmamentum. Quæ cum ita sint, charissimi fratres, cum  
 nostris salus nobis, cum veta vita, cum æterna felicitas, cum nos-  
 tris omnium chari esse debeamus: cum si nosmetipsos perdidere-  
 rimus, nihil vspiam nostrum; id est quod iuuet, aut quod perti-  
 neat ad nos, sumus amplius reperturi: cum nullum grauius da-  
 tum, nullum exitiosius malum, nulla acerbior calamitas amif-  
 ditæ de laetitia animarum nostrarum accidere nobis possit: quan-  
 tum potest, studio, qua animi cura & sollicitudine providere de-  
 beamus, ut in hoc tantum periculum salutis & vitæ nostræ conicia-  
 tur. Dabitur vos profecto mihi & concedetis, nihil periculosius  
 nosse huiusmodi magis evenire nobis posse, quam amissionem  
 salutis, cuiusque suæ. Dabitur ergo etiam illud, opinor, nihil esse  
 nobis maiore diligentia & studio, quam ne id accidat, præca-  
 vendum. Cuius enim mali fors, si ea in nos incidat, omnium malo-  
 rum est deteritima: cuiusmodi mali periculum maximè omnium  
 nocet esse formidolosum debet. Etenim quanta est in malo mo-  
 les, tantus in periculo mali, necesse est ut sit timor. Atque ut qui  
 laetatur de metu in pelagus præcipitari, hi ne ad præcipitæ qui-  
 dem & imminente pelago rupem audent accedere: sic qui ter-  
 ream salutem Dei & damnatorum iudicium perhorrescant, ab eo fu-  
 gient in æternis periculo, quod semper æternæ illi miseriæ maximè  
 horramur proximèq; adiunctum est. Neque ego hoc in hoc dico  
 in hoc loco, non omnes peccare homines, non omnes nos quo ad  
 hanc vitam, in periculo semper esse (sumus enim plañe,  
 & obvertimus, & offendimus, & labimur, interdum omnes, sæpius,  
 rantes proat cuique sua & ex Deo instra ad se cohibendum virtus  
 nobis veritatem peccata cetera, præsertim quæ non iudicio  
 habili, sed per fragilitatem admissa parrataq; sunt, ad summum Dei  
 iudicium faciliem reditum habent. Illud autem peccatum  
 horribile & peritiosissimum, quo præud colitur Deus, qui rectif-  
 sime debet coli, & quo fallæ de illo sentiuntur, qui est summa fo-  
 lta veritas. Illud, illud inquam est peccatum, quod non solum  
 in periculo æterni mali nos constituit: sed spem propè  
 certam & conatum declinandi & fugiendi eiusmodi periculi no-  
 bi auferit. Nam reliquis nostris in peccatis tanquam in vitæ flu-  
 ctibus, illa tamen anchora nostræ navis salua est, quæ nos pro-  
 hibet à scopulo & naufragio: quod cogitationes incedum nô-  
 stras in Deum conicientes, & stimulus dolorum propter pec-  
 cata compunctis tacitis suspirijs, & confessione iniquitatis no-  
 stræ illius misericordiam imploramus. Atque ipse, ut bonitatis &  
 clementiæ plenus est, hæc itur statim ad ignoscendum: moreque  
 in peccatis nostrorum precibus placatus admittit. At in hoc  
 truci,





truci, horribiliq; peccato prapostere falsiq; religione  
Deum nobis, nec anchoram amplius relinquimus. Quis pro  
hoc prapcipue periculum, fratres charissimi, si salui esse volumus  
accuratissimè & studiosissimè vitandum nobis est. Potest hic  
cum vel corrupte vel integre religionis varia sint iudicia, ut  
uersae hominum, in hoc presertim tempore, sententia, aliam  
hoc modo, illo alius interpretetur: satis videri debere, si  
quisque ad id quod primum occurrerit credendum, sine  
mo accedat, suumq; iudicium submittat hominum se doctorum  
& peritorum iudiciis. Fateor, fratres charissimi, has esse  
ces hominum simpliciorum, & quorum ingenia natura hebetiora  
sunt: quos qui detorqueat & abstrahunt à via recta, magis  
multo in se peccatum habent: nam peritis quidem & callidis  
oratio ista non conuenit. Sed vt nunc temporis causa confertur  
omnibus ista & doctis & indoctis incerta esse (quod tamen est  
falsus) habet enim Catholica Ecclesia certam regulam, qua vera  
falsa discernat. Verum esto, concedamus dubia esse: nonne  
quoniam de periculo nostrae salutis agitur, quoniam animas nos  
stras, hoc est, nosmetipsos plurimi facimus: nec nunc in  
men aut fortunarum, aut valetudinis, aut etiam corporis & mor  
talis huius vite venimus (quorum omnium iacturam vari fortiter  
pro Christo & pro sua anima constantiter sepe pertulerunt) sed de  
nobis id decernitur, vtrum sempiternè miserissimi, an beatissimi  
simus videri: circumspicete, considerate, pendere diligenter  
nos oportet, vt eo nos constituamus in loco (de re loquor vel  
dubia, quae tamen non est) vt ibi inquam consistamus, vbi magis  
multo nobis timoris atque periculi, longeque plus spei & alacritatis  
ostenditur. Nemo hoc, credo, negaturus mihi est, quin in re  
incipiti & dubia (in qua praesertim summa agitur vite & salutis  
nostra) id potius capere & sequi consilij debeamus, quod ratio  
nobis suaserit, quam quod fortuita obrulerit remeritas. Videmus  
igitur vtra in parte, & in vtra secta maius sit, à Deo longius  
nos remouendi, & ad perpetuum exitium propius nos adiuuandi  
periculum. Quam rem ita agam & proponam, quasi habeam  
vos adhuc deliberantes, nec dum animi certos: quorum potius  
aut voluntatibus obsequi, aut consilij credere debeatis. Discep  
tatio est, vtrum vestrae salutis magis expediat, gratiusque Deo  
facturos existimatis: si ea credideritis, criticisque sequuti, quae  
Ecclesia Catholica cunctum per orbem terrarum annos iam mille  
& quingentos amplius, aut (si claram certamque rerum veritatem  
memoriam & notitiam quarimus) annos iam amplius mille  
le & trecentos, magno consensu comprobat: an haec quae vati  
homines, atque, vt sibi ipsi videntur, acuti, aduersus tot seculorum  
vsum & contra perpetuam Ecclesiae auctoritatem, his annis



quique de viginti innouauerunt: qui certe ipsi Catholica non  
 sunt Ecclesia. Est enim Catholica Ecclesia (vt breuiter defini-  
 mus) que in omni anteaetio & hodierno tempore, omni in regio-  
 ne terrarum, in Christo vna & consentiens, vno Christi spiritu v-  
 biusque & semper, directa est, in qua nullum potest dissidium exi-  
 dere: omnis enim ea inter se connexa & conspirans est: quod si  
 quod accideret dissensionis & dissidii, magnum quidem corpus Ec-  
 clesie scem permanet: sit autem apostema, quo corrupta aliqua  
 pars ab intamante corpore cunctium spiritu diuisa seceretur, nec  
 de substantia vterius corporis Ecclesiastici est. Non ego hic de-  
 ventum ad singulas rerum disputationes, neque aures vestras co-  
 ntra verborum atque argumentorum onerabo: Tacebitur a me  
 de Eucharistia, in qua nos verissimum Christi corpus ado-  
 ramus. Ibi sane parum gnari quemadmodum in vnoquoque ge-  
 nere doctrinae adhibere argumenta & rationes oporteat: ex alie-  
 nis & longe diuersis dialectice inanisque philosophia rationi-  
 bus Deum iam ipsum vniuersi, & diuinam in eo spiritualemque  
 potentiam (que profusa libera & infinita est) in angulos corpo-  
 rature, que suis cancellis circumscripta est, conantur inclui-  
 dere. Non loquar de confessione ad sacerdotem peccatorum: in  
 qua quod maximum est nostre salutis fundamentum, vera Chri-  
 stiana humilitas, & a scriptura demonstrata, & ab Ecclesia prece-  
 pta se constituta est: quam isti humilitatem, & per calumnias e-  
 labores, & per arrogantiam abijcere studuerunt. Silebo de preci-  
 bus, aut si ditorum pro nobis apud Deum, aut nostris, pro mor-  
 tuis: quas idem isti cum aspernantur & irrident, easque nullius  
 penitus esse momenti dicunt: quid tandem sibi volunt? num-iam  
 animas interantur vna cum corporibus suis interire? & nimirum  
 id viderent inuolueri, quod agunt etiam manifestius, cum libera-  
 tatem illa vix ab omnibus Ecclesiasticis solutam legibus, & li-  
 centiam capitularum comparare aduertunt. Si enim mortalis  
 anima si, edamus & bibamus, inquit Apostolus, paulo post ea-  
 nimus moriemur: sin autem sic immortalis (vt certe est) vnde, que-  
 ro, parum & tam repente factum est corporis morte dissidium;  
 vt & uenturam & mortuorum animarum inter se nihil congruant,  
 nihil communicent; omnis sint cognationis nobiscum, & com-  
 mune humanarum societatis oblite? Cum praesertim charitas, que  
 precipuum Spiritus sancti in Christiano genere est donum: que  
 nunquam non benigna, nunquam non fructuosa est, & in eo in  
 quo preest, nunquam inutiliter consistit, salua semper & efficax  
 in vnaque vite permaneat. Sed vt relinquam controuersias, easque  
 ad hunc tempora referuem, excutiamus id quod prius est propo-  
 situm: vt videatur & queratur, quid nobis magis condeat, factu-  
 que rectius sit, quid ad gratiam summi Dei obtemperandam magis  
 sit ac-



fit accommodatum; sentire-ne cum vniuersa Ecclesia, eiusque decretis & legibus & sacramentis cum fide obtemperare; aut sentiri hominibus dissidia & res novas quaerentibus: Hic locus est, charissimi fratres, hoc illud est binium quod diuersa itinera scinditur: quorum iter alterum ad vitam, alterum perpetuam mortem nos deducat. In hoc discrimine & dilige agitur salus animae cuique suae, aguntur pignora futurae vitae, videlicet nos aeternae felicitatis, an miseriae infamiaeque futuri compotes: Quid ergo dicemus? Fingamus hic nos qui ex utroque genere, hoc est, utroque itinere, ante illud tribunal summi iudicis tribunal sint constituti: quorum causa cognoscatur & expendatur, quod vel damnatoria in eos sententia vel salutare iure ferri possit. Interrogabuntur fuerintne Christiani? Fuisse ambo dicent. Rectene crediderint in Christum? utriusque patres respondebunt. Na. Quid autem crediderint, aut quo modo crediderint cum explorabitur (nam haec de fide recta cognitio, illa quae est de vita & moribus antecedit) cum igitur ab eis eorum rectae fidei confessio dicet ille quidem qui in Catholica Ecclesia gremio & disciplina fuerit educatus. Ego cum institutus esset a parentibus meis, qui & ipsi a patribus suis & auis acceptas & cunctis in rebus Catholicae Ecclesiae essem obsequens, eductus, & monita, & decreta, tanquam a te ipso, Domine Deus, iam obseruarem & colerem: cumque omnes eos ferè, qui in Christiano nomine censerentur, quisque nobiscum, & ante nos, longè & late per orbem terrarum tua signa essent secuti, in eadem conscientia esse & fuisse animaduertirem: ut cuncti matrem fidei suae, hanc ipsam Ecclesiam agnoscerent & venerarentur, & ab eius praecipuis constitutisque, discedere sacrilegij instar putarent: in hac eadem fide, quam Catholica seruat docetque Ecclesia, probate tibi me studui. Et quamquam venerant homines noui, seiprutas multum in ore & manibus habentes, qui noua quaedam commouere, & terra labefactare, Ecclesiam redarguere, obedientiam quam illi nos omnes praebamus, eripere nobis & extorquere conarentur: tamen constanter manere volui, quod a patribus meis, & a communi sanctissimorum doctissimorumque patrum consensu, iam inde antiquitus in Ecclesia fuisse & obseruatum & traditum multorum quidem praesidium hominumque Ecclesiasticorum, praesentes mores essent illi, qui mihi stomachum mouere possent: quibus tamen non sum a sententia deductus. Ita enim constitui praecipuis, quae cerè sancta erant, obtemperare me debere: sicut tu Deus in tuo Euangelio praeciperas: vitae autem & gestorum te vnum iudicem esse oportere. Praesertim cum ego quoque, in re peccatis, quae in hac mea fronte en tibi manifesta sunt, commutatus atque infectus, aliorum dignus iudex esse non possem. Pro



tribus ante adito ante tribunal tuum, non severitatem tuam,  
 clementissime Deus, sed misericordiam potius & placabilitatem  
 imploramus. Dixerit hoc modo iste causam suam: Citabitur alter,  
 comparabitur. Imperabitur illi ut dicat. Hunc habebit exorsum o-  
 rationis suae. Singatur enim de illis unus esse qui sunt aut fuerunt  
 Ecclesiarum auctores: melius enim credo rutabitur iste causam  
 suam, quae doctores ceteris ad deservendum ab Ecclesia fuerit  
 procul. Mihi, inquit, o summe Deus, inveni in omnes homi-  
 num Ecclesiarum ubique ferè corruptos, & sacerdotes ni-  
 hilominus religionis gratia, in honore omnibus esse cements,  
 utque illorum iniquo animo ferenti: iusta (ut puto) iracundia  
 animos inflammavit, ut me illis aduersariam constituerem:  
 cunctos suspicem me ipsum, qui tot annos operam literis &  
 Theologiae dedissem, non tamen habere eum in Ecclesia locum,  
 quia labores mei meriti essent, multos autem indignos ad ho-  
 nom & lucrosiora extolli perficerem: ad eos (sacerdotes) insecan-  
 tes extolli, quos tibi quoque ipsi minimè placere & satisfac-  
 cere sumurus. Et quoniam eorum potentiam reuellerè non po-  
 tui, nisi obiretrem prius leges ab Ecclesia latus: populi ma-  
 gnam partem induxi, ut ea Ecclesiae fura contemneret, quae diu  
 ante tua auctoritate fuissent. Quae si in conciliis vniuersalibus  
 fuissent decreta: conciliorum auctoritati non concedendum  
 esse dicit. Si iustitiam à patribus & doctoribus veteres pa-  
 tris ut imperiosos & bonae expertes intelligentiae sum criminatus.  
 Si per Romanos Pontifices, eos sibi astruxisse tyrannidem, &  
 falso nomine vicarios se Christi dicere affirmant: omnibus de-  
 nique modis contendit, ut hoc tyrannicum Ecclesiae iugum, quae  
 cibis mandum prohibet, quae dies seruat, quae confiteri nos vult  
 peccata nostra sacerdotibus, quae vota impleri iubet, quae homi-  
 nes in te Christe liberos tot feruitutis vinculis alligat, a nobis  
 cuncti qui te colimus, excuteremus: solumque fidem in te, non  
 cetera bona opera, quae maximè extolluntur & praedicantur in  
 Ecclesia, iustitiam nobis & salutem parere confideremus. Cùm  
 tu propterea peccata pro nobis pependisses tuoque sancto sangui-  
 ne cunctorum delicta & scelera deleuisses: ut nos haec una fide in  
 te firmi liberum deinde agere queamus: nobis libuit, possemus.  
 Insuper etiam ingeniosius sum perferatatus quam veteres illi:  
 ac tum quidem maximè, cùm aliquid querebam in eis, quod co-  
 rruptos detrahere possem, quae etiam doctrinae & ingenij opi-  
 nione, apud populos famam & existimationem nactus, tota qui-  
 dem Ecclesiae auctoritatem euertere non potui: magnarum tamen  
 inuentionum causa, & sessionum sui auctor. Haec vbi iste dixerit, & verè  
 dicitur: appi enim meritiendi apud illum caeleste iudicem est o-  
 portet: multa tamen de ambicione sua, de auaricia, de studio po-  
 pula.





pularis gloriae, de fraudibus & maliciis interitinis, quae in  
 agnoscat, in sese retineat, quae tamen illi, prima ipsius  
 apparebunt: inferpet: Quod tandem, o Gebennosus  
 mei, quos ego in Christo; & in Christi Ecclesia vnanimem  
 habere opto, non solum de his, sed comitibus affectu  
 eorum, iudicium fore existimatis: Nonne hic certe qui  
 licet Ecclesiam fuerit secutus, nullum suum errorem  
 afferet: Primum, quia non errat, neque ad errorem  
 clesia, cuius illa publica & vniuersalia decreta atque  
 Spiritus sanctus assidue gubernat. Deinde etiam si  
 erraret (quod tamen creditu & memoratu est nefas), nullum  
 quidem suum exprobraretur error, qui sincero animo, & pro  
 Deum humili, maiorum fidem suorum & auctoritatem  
 persecutus. At iste alter suo innitens capite, neminem  
 veterum sanctorum patrum, ac ne generalium quidem et  
 bus Episcopis conuentuum, quem honore dignum putet, cui  
 ducar animum cedere & obtemperare, omnia sibi arrogat,  
 obrectandum magis, quam ad discendum, docendumque  
 rus: cum a communi Ecclesia desierit, quem respiciunt  
 fortunarum suarum? quo propugnaculo confidit quibus  
 Deum aduocatis fretus est: ut non grauius debeat merere  
 etum se in tenebras exteriores, vbi erit fletus & stridor  
 tum, hoc est, vbi miseriae suas perpetuo deseruet, & contra  
 me ipsam dentibus increpiturus sit: quod cum posset, sed  
 diuulget; illam acerbissimam vitare calamitatem, id facere  
 xisset. Quam porro infausi & incommodi comites erant  
 vitae sint mceror & furor, vnus per sese quilibet  
 geere: praesertim cum illiusmodi mali atque damni nullus  
 rus, vnquam finis sit, nulla determinatio, nunquam  
 nunquam desinat irasci. Atqui si reliqua istorum omnia  
 quo tamen pacto perferri & tolerari possent, hoc quomodo  
 dum foretur (in quo mihi videtur ne ad ignoscendum  
 illis, locum vllum veniae & misericordiae apud Deum  
 quod sponfam hi Christi vnica discerpere sunt conati  
 tunicam illam Domini, quam prophani milites diuidere  
 runt, isti ausi sunt, non diuidere solum, sed lacerare: Quot  
 iam, istis initium facientibus, sectae Ecclesiam disciderunt,  
 que cum istis congruentes, & ipse inter se discordes  
 nifestum esse falsitatis indicium, omnis doctrina  
 ritas enim vnica semper est, varia autem & multiformis  
 tas: & simplex quod rectum est, multiformis quod  
 Sed huiusmodi scissionem, huiusmodi sanctae Ecclesiae  
 tionem, potestne quisquam Christum agnoscens & comitem  
 & cuius aliquando menti atque cordi Spiritus sanctus illarum



non intelligere, Satanar, & non Dei propriam operationem esse. Quid imperat nobis Deus? quid precipit Christus? Nempe ut eorum omnes in ipso simus. Quod datum est nobis e celo atque Deo illud singulare & excellens charitatis donum, quod Christianas fraternitatis generi, non ceteris generibus diuinitus infusum est. Nunc ut omnes vno corde & ore Dominum confiteamur? An arbitratum ista Christianam religionem aliud omnino esse, quia pacem cum Deo, & cum proximo concordiam? Videamus quid ipse loquatur in Ioanne Dominus, patrem suum pro seipso deprecans. Pater sancte, serua eos in nomine tuo quos dediti mihi, ut sint vnum sicut & nos: non pro his autem rogo solam, sed & pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut omnes vnum sint, sicut tu pater in me & ego in te, ut & ipsi in vobis vnum sint, ut credat mundus, quod tu me misisti: & ego gloria, quam dedisti mihi, dedi eis, ut sint vnum, sicut & nos vnum sumus, ego in eis & tu in me, ut sint perfecti in vnum. Videtis, fratres carissimi, & in clara Euangelij luce discernitis, quid sit verè esse Christianum, cum fides in Deum nostra, cum Dei omnis gloria, que & ipsius apud nos, & nostra apud eum esse possit, in hac sola veritate vnitate consistat: cum hoc vnum requirat & postulet à patre de nobis Christus, is que suos in hoc labores, suas curas, suam susceptam pro nobis humani corporis fragilitatem, suam crucem, suam mortem, sic fructum allaturam sibi putet, & ad gloriam patri, quam maxime expetebat, & ad salutem nostram, pro qua etiam mortuus: si nos inter nos, & in ipso fuerimus vnū. Atque hoc semper laborat, hoc adnititur Ecclesia Catholica, ut sit vnitas nobis, & in eodem spiritu vnitas: quosque homines aut ipsa distinguunt terrarum, aut interualla temporum, quod carne in vnum corpus omnes non possunt: eos vnus tamen spiritus, qui vnusque idem semper est, & foueat & regat. Cui quidem Ecclesia Catholica & Spiritui sancto, hi se aduersarios è regione probantur, qui vnitatem frangere, qui varios spiritus immittere, qui concordiam soluere, qui tollere concordiam de Christiana religione conantur, tanta cupiditate, tanto studio, tot machinationibus & artibus: ut eorum sollicitudinem & anxietatem nulla sententia dignè exprimere oratio possit. In quos ego quidem id non improbo, ut disperdat Dominus vniuersa labia dolosa, & lingua iniquiloquam: neque item, ut addat iniquitatem super eorum iniquitatem: Sed ut conuertat eos, & ad spiritum bonum conuertat, Dominum Deum meum simplex rogabo, sicuti rogo. Rogo & oro, & hortor fratres mei Gebennenses, ut, discussis aliquando ab oculis mentis vestrae erroris nebulis, & patefacta luce, ad certum illud oculos attollentes, quod perpetuam patriam vestram, sua vnitate Ecclesie manseritis, proposuit vobis Deus: redire.



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN



dire in concordiam nobiscum, & fidele obsequium pietatis  
 rei nostrae Ecclesiae, colereque Deum in vno nobiscum  
 iam veltis. Nec si mores nostri vobis fortasse displiceant  
 rundam culpa splendor ille Ecclesiae, qui perpetuus & immo-  
 minatus esse debuit, aliquando sit obfuscor: vestros ad  
 moueat, aut in diuersam & contrariam trahat partem. Obedi-  
 sitan personas nostras potestis (si id ab Euangelio conce-  
 doctinam certè & fidem habere odio non debetis, scilicet  
 enim, Quae dicunt, facite. Neque verò nos aliud dicimus, praeter  
 quòd nostram vestrae salutis cupiditatem vobis indicamus. Quae  
 à vobis, Gebennenses charissimi, in bonam partem fructuosa  
 pra: si me amantissimum vestri gratis animis audieritis, non  
 nitebit vos profectò, & apud Deum recuperatae pietatis gratia  
 vestra, & apud homines laudis. Ego quae meae partes sunt, de  
 beneuolentia erga vos mea mihi praescribit, assiduus ero ad Deum  
 pro vobis deprecator: meo quidem ipse indignus vinctus, sed  
 tan charitas efficit me dignum. Tum autem quicquid vobis  
 possimque, etsi id quoque paruum admodum est, sed si quid  
 in me ingenij, consilij, autoritatis, diligentia, id ita vobis commo-  
 & vestris opportunitatibus defero: ut pro magno meo com-  
 do habiturus sim, si vos aliquod ex me commodum fructum  
 meae operae & laboris & in diuinis rebus & in humanis percipi-  
 potueritis. Extremum est, ut vos orem, ut eum auctorem quem  
 vos cum his literis misi, ea comitate ac benignitate accipere  
 quam & humanitas vestra, & ius gentium, & in primis Christi  
 mansuetudo postular & requirit: quod vobis honestum, &  
 tautem vehementer futurum est gratum. Deus vos dirigat, &  
 propitiùs tueatur, fratres charissimi. Carpent. XV.

Calend. Aprilis, M. D. XXXIX.

*F I N I S.*